

1763.

1. Hoffmannus, Godefridus David: De electione et coronatione Imperatoris regique Romanorum.
2. Hoffmannus, Godefridus David: De conjungendo cum studio juris I. theologiae studio.
3. Kies, Joannes: Dissertationes combinatae analyticae finitima Raatorum.

1764

1. Langius, Stephanus Christoph: De actione venditionis amorem et hinc inde sine concursu magistratus vel principis jure Wurtembergico valida.
2. Harpprechtus, Christianus Fredericus: De cessione nominis XX florenas occidentis, absque judiciali intermissione facta.
3. Hoffmannus, Godefridus David: De rege Romanorum.
4. Hoffmannus, Godefridus David: De capitulationibus regum Romanorum.

1764

5. Kies, Francus: De curvarum algebraicarum asymptotis
tam rectilineis quam curvilinearibus, earumque transver-

tionibus

6. Schott, Christoph. Fredericus: De moralitate usurarum.

7. Schott, Christoph. Fredericus: De momento libertatis et
imputationibus

8. Tafinger, Fredericus Guilielmus: De Francisco Fugert,
jurisconsulto.

9. Tafinger, Fredericus Guilielmus: An assessorem caesareae
Imperialis praesentandi jure gaudeat. I. R. T. notis-
lites immediata?

1765

1. Hoffmann, Godefridus Daniel: Linguae Gallicae jura
publicum Germaniae.

2. Hoffmann, Godefridus Daniel: De spectando in conven-
tionibus iure

3. Kies, Francus: Analysis imperitorum quaedam spec-
mina

1765

4. Tafinger, *Fredericus Gustavus*: De Directorio Camerae
Imperialis Celsissimae

1766.

1. Camy, *Gerhardus Christoph*: De uno ex pluribus locis
consortibus suo, non simul alio nomine agente.
2. Franck, *W. Daniel Marianus*: Observationes juris com-
ralis.
3. Kies, *Anton*: De hujusmodi plenarum et cometarum

1767

1. Hoffmann, *Georgius Jan*: De iure consuetudo iuristi-
ca et in specie de analyti ca et ca antichresi-
ca et intercessionem.
2. Hoffmann, *Erasmus Conrad*: De effectibus
bonis cambi proprii
3. Hoffmann, *Erasmus Daniel*: Romani thesauri com-
merciorum furtiva

1767.

4. Hoffmann, Gumprecht Daniel: De odio revisionis Cambialis sublati ad Capitulum nostrum. Art. 17 § 2 pr.

5. Hoffmann, Gumprecht Daniel: Von dem wahren Begriff des Worts Theat.

6. Hoffmann, Joana Daniel: De remediis adversus sententias revisionum camerarum.

7. Kapff, Sicutus Jacobus: De locatione cambii proprii in concursu creditorum veter. ordinat. camb. Wirt. C. 7 § 7.

8. Schott, Christophorus Fidenicus: De delictis et poenis ad recentiorum libellum Habsburgi de hoc argumento.

9. Tapingius, Fidenicus Guilielmus: De praevaricatione caussa rum mutatione



ELECTIONE
ET
CORONATIONE
IMPERATORIS REGIS
ROMANORVM

GODOFREDO DAN
HOFFMANNO

ANTecessORE IVRE PVTILIC
PRO LICENTIA


COMMOS IN VTROVVE IVRE HOM
RINE CAROLINA

FRIDERICVS ANTONIVS SAGITTARI

SOcIETATIS TYPOGRAPHICAE REGIAE

TVTILIC
MACHINIS ERHARDTIANIS





IM

II

G

M

FR



Pa. N. 20.
Pub. 17. num. 23.

1764, 9

12


20


AN
ADSESSOREM CAMERAE IMPERIALIS
PRAESENTANDI IVRE
GAVDEAT
S. R. G. I. NOBILITAS
IMMEDIATA
DISQVIRIT
SIMVLQVE
AD AVDIENDAS
PER INSTANS SEMESTRE HYBERNVN
PRAELECTIONES SVAS
GENEROSISSIMOS AC NOBILISSIMOS
DOMINOS STUDIOSES
INVITAT
FRIEDERICVS GVILIELMVS
TAFINGER
PHIL. ET I. V. D. HVIVSQVE P. P. O.
SERENISSIMI VVRTEMBERGIAE DVCIS
CONSILIARIVS.

7 146.

TVBINGAE
LITTERIS ERHARDIANIS.







C. D.



In illis, quas ante duo lustra
edidi, *institutionibus iurisprudentiæ
cameralis* egi non solum *de iure
presentandi* a) adessores augu-
sti Camerae imperialis iudicii in gene-
re, sed in specie indicavi quoque, quo
modo

a) Videantur cit. *institutiones iurisprudentiæ cameralis*,
hic *Tubingæ* 1754. 8. editæ, sect. 1. tit. 7. §. 135.
seqq.



modo istud ipsum ius *b)* *exerceant* vel
persona quaedam *singule*, imperator au-
 gu-

b) Quemadmodum in modo *citat. institut. §. 135. seqq.*
 iure presentandi gaudentes, tam personas singulas,
 quam universitates imperii, circulos, consideravi;
 ita in specie ad §§. 143. 150. 156. & 158. *supplementi*
loco hic addo, de *iure presentandi singulis electoribus,*
qua talibus, competente videri posse ill. *Jo. Jac. MO-*
SERI Teutschen Staatsrechts 33. Theil, 3. Buch,
165. Cap. 7. §. pag. 515. de electore Brunsvico-Lüne-
burgensi, eandem ob causam adfessorem electoralem pre-
sentante, observata quaedam esse in laudati *MOSERI*
Einleitung in das Churfürst- und Herzoglich Braun-
schweig-Lüneburgische Staatsrecht cap. 8. §. 5. p. 355.
seqq. Frankfurt und Leipzig 1755. 8. de iure presen-
tandi adfessorem cameræ imperialis, circulo Saxonie supe-
rioris competente, egisse celeberr. *Henr. Gottlob FRAN-*
CKEN in præfatione ad *Vol. 6. der neuen Europäischen*
Staats- und Reisegeographie, worinnen die Lande
 des Ober-Sächsischen Creyses vorgestellt werden; & de
 iure presentandi eiusque exercitio in superiori circulo
 Rhenensi conferri posse *Äßenmäßiger Bericht von dem*
Præsentationsrecht zu den Reichs Cammergerichts-Bey-
sitzstellen, nach dem Herkommen des Ober Rhein-
ischen Creyses in ill. *Frieder. Caroli de MOSER kleinen*
Schriften, zur Erläuterung des Staats- und Völker-
 rechts,



gustissimus, & principes imperii electores, vel illæ, quas *circulos* vocant, imperii c) *universitates*. De eo autem,

an

rechts, wie auch des Hof- und Canzleyceremoniels, IX. Band, III. Abhandlung pag. 139—266. Frankfurt 1761. 8.

- c) Quod omnium *decem* imperii *circulorum nomine*, solo *Rhenano electorali excepto*, *presentationes* hodiernum *fiant circulares*, observavi in *cit. institut. §. 139*. De iure *presentandi* autem *sex* istis, quos in *nota g. ad §. 136*. nominavi, & de quibus *videri* adhuc *potest Phil. Balthaf. GERDES de Germaniæ in circulos, & præcipue in sex, divisionis prima origine, Gryphiswald. 1715. 4. circulis antiquitus competente videantur Jo. Christiani BOCKEN lectio Blumiana iuris cameralis, sive notæ perpetuæ ad Jacobi BLUMII processum cameralium, Colonia Agrippina 1728. 4. editæ, & anno 1756. non nisi quoad titulum, ceu eadem paginarum series, idemque erratorum index subiunctus demonstrant, renovatæ, tit. 7. n. 10. pag. 33. Phil. Adami VLRICH diff. de systemate civitatum Germanicæ, sive divisione regni Germanici in decem circulos, & politia circulorum, Würzburg 1741. §. 3. num. 2. pag. 25. & excellentiss. Godofr. Dan. HOFFMANNI diff. de numo Maximiliani I. camerali. Tubing. 1755. §. 14. pag. 56. not. **

A 3





an cum statibus imperii, circularum nomine
 ius presentandi exercentibus, concurrat im-
 mediata S. R. G. I. nobilitas? quum nihil
 dixerim, nec ubivis obvia huius ipsius
 quaestionis sit tractatio, hac occasio-
 ne notatu forsan non indignum crit,
 quod non solum in ordinationibus regi-
 menti imperialis de annis d) 1500. &
 e) 1521. inter personas, membra dicti

re-

- d) In enarratione circularum, ex quibus deligenda essent
 membra regimenti imperialis, *die Regimentsordnung*,
 anno 1500. auf dem Reichstage zu Augspurg aufge-
 richtet, §. 8. pag. 58. II. Theils der neuen und vollstän-
 digern Sammlung der Reichsabschiede refert non solum
 nostrum Sueviae circulum, sed in eodem quoque
 nobilitatem nominat verbis sequentibus: „der dritt
 „Kreys begreift die Bissthum, Fürstenthum, Land
 „und Gebiet der Bischoffen von Chur, Costentz,
 „Augspurg, des Hertzogen von Wirtemberg, des
 „Marggrafen von Baden, *die Gesellschaft von St.*
 „*Georgen Schild, die Ritterschaft im Hegau*, auch
 „alle und jede Prelaten, Grafen, Herren, Reichs-
 „stätt im Landt zu Schwaben.
- e) Dispositio, in nota d. proxime antecedente proposita
 iidem



regimentī præsentaturas, expressa so-
cietatis f) clypei S. Georgii & nobilitatis in
Hegau

iusdem fere verbis, repetita legitur in *Römisch Königlich Majestät Regiment, auf dem Reichstage zu Worms anno 1521. aufgericht, S. 23. pag. 175. cit. II. Theils der neuen und vollständigen Sammlung der Reichsabschiede.*

f) De hac ipsa Societate equestri clypei S. Georgii, post Jo. Pbil. DATTII *Volumen rerum Germanicarum novum, sive de pace imperii publica lib. 2. cap. 3. § 11. pag. 230. seqq. § 315. seqq.* & Jo. Nic. HERTII *de specialibus Rom. Germanici imperii rebus publicis, earumque diversis nominibus & figuris dissertationem Gieß. 1698. §. 29. pag. 54. seqq.* videri in primis quoque merentur Ge. Jacobi MELLINI *diff. de federe Suevico, vulgo von der Gesellschaft des St. Georgen Schilds, Jen. 1696. edita, & in B. Jo. Reinhardi WEGELINI thesaurum rerum Suevicarum Volum. III. Lindav. 1757. fol. num. XIII. pag. 223. relata, Jo. Reinb. HEDINGERI diff. de Suevorum nobilium federe, sive Societate St. Georgen Schilds. Gieß. 1698. Jo. Christiani NEV, Professoris Tubingensis, dissertatio historica de equite S. Georgio, Tubing. 1716. §. 40. pag. 21. Magnoaldi ZIEGELBAVR, monachi Benedictini, *Historische Nachricht von der St. Georgen Fabne, so vor diesem der Teutsche**



Hegau facta sit mentio, sed recessus quoque imperii g) de anno 1507. in enarratione personarum, adfessores camerales presentantium, eandem quoad presentationem hancce observandam esse rationem, statuerit.

Quem-

Teutsche Adel in Religion- und Reichskriegen geführet bat. Wien, 1735. 4. quibus iungi, si placet, possunt Jo PASCHIVS de B. Georgio martyre. Vitemberg, 1685. Conr. Dan. FRICKII, Ulmenfis. dissertat. de S. Georgio equite & martyre, Lips. 1693. & Henr. Gümtheri THVLEMARI commentatio de ordine equitum S. Georgii & periscelidis caruleæ in Anglia. §. 12. pag. 12. edit. Jenens. 1744.

- g) Adductæ in nota d. dispositionis relativam mentionem facit, illamque in receptione adfessorum cameralearum attendi iubet *Reichsabschied zu Costnitz anno 1507. aufgericht*, in §. 16. a quibus presentari debeant adfessores, pag. 114. *cit. II. Theil der neuen und vollständigeren Sammlung der Reichsabschiede determinante:*
 „so sollen die andern acht Personen, der auch der
 „halb Tail von gelehrten Doctorn oder Licentia-
 „ten, und der ander halb Thail aufs wenigist
 „von redlichen, verständigen, Rittermessigen Leu-
 „ten sein sollen, auß den sechs Kreissen auf Unser
 „ge-



Quemadmodum vero *h)* Suevicum
fœdus, cuius pars *i)* fuit equestris ista
ordinis Sancti Georgii societas, illi
ipfi potentissimo fœderi *k)* nomen
dans atque titulum, anno 1533. *l)* in-
terit, seque a nobilitate separarunt
iuncti antea eidem status *m)* imperii;
ita

„gehalten Reichstag zu Augspurg gemacht, durch die gemai-
nen Stennde allhie gekorn und benendt werden.“

h) De prima Suevici fœderis origine, des Bundes im Land
zu Schwaben, ejusque caussis iustificis vid. cit. DATT
cit. lib. 2. cap. 4. pag. 254—256. Add. quoque cit. lib. 2.
cap. 5. n. 29. 30. & 31. pag. 271. ubi ostenditur gloriam
instituti fœderis Suevici Friederico III. imp. non Maxi-
miliano I. ipsius filio atque successori, deberi.

i) Idem notavit DATT cit. lib. 2. cap. 1. num. 4. pag. 214.

k) Vid. DATT cit. lib. 2. cap. 3. num. 98. pag. 254.

l) De dissolutione Suevici fœderis vid. DATT cit. lib. 2.
cap. 24. pag. 427. seqq. Jo. DECKHERR in notis ad ordi-
nationis cameræ Part. I. tit. 2. §. 3. pag. 100. in adpend.
ad eiusdem vindicias &c. Wezlarie 1723. 4. editas.

m) De variis principibus imperii, Suevico iunctis fœderi, vi-
deantur cit. DATT. lib. 2. cap. 9. pag. 285. seqq. & cap. 10.
pag. 301. seqq. & Jo. SLEIDANI commentariorum de statu



ita quoque expressa *n*) resolutione
 cæsarea a iure præsentandi exclusa
 fuit, sibi iam soli relicta, nobilitas im-
 mediata. Hancce ipsam procul du-
 bio ob causam non solum nulla am-
 plius facta illius ipsius mentio in enar-
 ratione præsentantium, quæ exhibe-
 tur tam in ordinatione camerale de
 anno 1555. *o*) quam in concepto ordina-

*religionis & reipublicæ, Carolo V. cæsare, liber IV. pag. 108.
 ed. Francofurt. 1610. 8.*

n) Resolutionem hancce ipsam verbis ex actis comitorum
 Augustanorum an. 1547. & 1548. excerptis sequentibus
 exhibet cit. DECKHERR cit. loc. „Hierauf hat Kayser-
 „liche Majestät geantwortet, nachdem die Ständ melde-
 „ten, dafs sich die Schwäbische Grafen und Herren wie-
 „der von der Gesellschaft St. Georgen Schilts gerhan haben
 „sollten, und dann die von Adel ohne das nichts mit der
 „Præsentation zu schaffen, so erachteten Ihre Majestät,
 „es möchte solche Gesellschaft in Benennung des Creyses
 „wohl umgangen werden „

o) O. C. 1555. P. 1. tit. 2. § 3. pag. 46. cit. neuen Sam-
 lung der Reichsabschiede III. Theil.



dinationis *p)* cameralis; sed etiam hodiernum, *nec in Suevico, nec ullo alio Germania circulo, ad exercendum adfessores camerales presentandi ius concurrit S. R. G. I. nobilitas immediata, hac ipsa exclusione sua omnino contenta, quum nec ad sustentandam cameram imperialem concurrat, multosque tamen nobiles, suis iunctos corporibus equestribus, inter ipsa augusti cameralis collegii connumeret q)* membra.

Jam vero id agendum est, cuius causa scripta est hæc ipsa prolusio. Indicandæ enim sunt Vobis, Generosissimi atque Nobilissimi Domini Comilitones, illæ, ad quas per instans semestre hybernum *habendas atque finiendas paratus sum, preelectiones, significandumque, me habiturum non solum*

I.

p) C. O. C. P. 1. tit. 2. §. 3.

q) Conf. Herzoglich Würtembergisches Schreiben ad comitia imperii, die nöthige Abfassung eines normativi imperii in denen Reichsräterschaftlichen Strittigkeiten betreffend.



- I. *lectionem iuris canonico-pontificio; ecclesiastici publicam ad ductum elementorum Engavianorum, sed additurum quoque, prout desiderabitur, expositionem*
 - II. *institutionum iurisprudentie cameralis supra dictarum, cum ipsarum, quæ in utroque supremo I. R. G. iudicio quoad internam constitutionem ac processum obtinent, differentiarum recensione, casuumque practicorum elaboratione,*
 - III. *principiorum politia, iuxta cel. de ivsti Grundsätze der Policeyrvissenschaft, vel si placuerit, iuxta elementa a me conscripta, atque dictanda,*
 - IV. *historia iuris Koppiana, & præterea*
 - V. *exercitium disputatorium, singulis diebus Jovis hucusque habitum, porro esse continuaturum.*
- Dabam Tubingæ d. XIII. Octobris
MDCCLXIII.



Tübingen, Diss., 1763-67

ULB Halle

005 847 915

3




VD18

TA → OL





Pa. N. 20.
Pub. 17. num. 23.



B.I.G.

Farbkarte #13

AN
MERAЕ IMPERIALIS
ANDI IVRE
DEAT
NOBILITAS
DIATA
VIRIT
VLQVE
DIENDAS
MESTRE HYBERNVN
ONES SVAS
S AC NOBILISSIMOS
STVDIOSOS
ITAT
S GVILIELMVS
NGER
HVIVSQVE P. P. O.
TEMBERGIAE DVCIS
LIARIVS.
INGAE
RHARDIANIS.

1764,9

12

